



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

99. Christus in regione Gerasenorum duos dæmoniacos curat.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

II. Exhibant autem dæmonia à multis, clamantia, & dicentia: Quia tu es filius Dei. *Luc. 4. v. 41.*

III. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. *Luc. 4. v. 41.*

MEDITATIO XCIX.

Christus in regione Gerasenorum duos demoniacos curat.

I. **C**Um venisset Iesus trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes: Quid nobis, & tibi, IESU fili Dei? venisti huc ante tempus torqueri nos. *Matth. 8. v. 28. & 29.*

II. Erat autem non longè ab illis grex multorum porcorum pascens. Dæmones autem rogabant eum, dicentes: Si eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. *Matth. 8. v. 30. & 31.*

III. Et ait illis: Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & ecce impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & venientes in civitatē, nunciaverunt omnia,

D. N. IESV CHRISTI. 91

& de eis, qui dæmonia habuerant. *Matth. 8. v. 32. & 33.*

IV. Etece tota civitas exijt obviam IESU: & viso eo, rogabant, ut transfiret à finibus eorum. *Matth. 8. v. 34.*

ANNOTATIVNCVLA.

S. *Matthæus* duos demoniacos occurrisse narrat: S. *Marcus* & S. *Lucas*, altero prætermisso, unius tantum faciunt mentionem; vel quòd ille clarior & famosior esset, ut vult *Augustinus* lib. 2. de consensu *Evangelist.* cap. 24. vel quòd sævior esset, ac duriori dæmone vexaretur, ut ait *Chrysoftomus*. Quam ob rem, majoris claritatis causa, rursus eadem historia verbis duorum *Evangelistarum* *Marci* & *Luca* recenseatur.

MEDITATIO C.

*Dira fors hominis à demonibus
obsessi.*

I. **N**avigaverunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam: *Luc. 8. v. 26.* & venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. *Marc. 5. v. 1.* Exeunt ei de navi, *Marc. 5. v. 2.* cum egresus esset ad terram, *Luc. 8. v. 27.* statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo. *Marc. 5. v. 2.* Occurrit illi vir quidam,